

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Beatus Augustinus episcopus: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

nos in refrigerium. Transiebat
 per ignem et aquam beatus Lau-
 rentius. cum hinc cum mortifera
 mundi flamma torreret. hinc
 caelestis irrigui vitalis unda per-
 funderet. Transiebat per ignem
 et aquam. cum uim incendi fu-
 rentis. diuini fontis clementia
 temperaret. Ardebat ergo Lau-
 rentius. sed uincebat ignis ille
 de quo ait saluator. Ignem ue-
 ni mittere in terram. et quem
 uolo ut ardeat. O nouum mi-
 randumque certamen uirius eius
 demque uiri. et flammis corpus
 urebatur. et ardentis fidei ca-
 lore mens ignita feruebat.
 Sicut loquebantur adinuicem
 euangelici illi uiri dicentes.
 Nonne cor nrm erat ardens in
 nobis inuia. Ubi ergo cor ar-
 det. flammam membra non
 sentiunt. Ubi ignis xpi ope-
 ratur. diaboli necesse est in-

cendum uincatur. Et ubi disp-
 feruet. frigida fit flamma mor-
 talium. Et hinc est carissimi
 quod triumphum beati Lauren-
 tii totus ubiq. mundus conso-
 na hodie deuotione concele-
 brat. hinc quod insuperabile
 fidem eius laetior roma mira-
 tur. Quia radius aeterni solis
 accensus. ignem saeculi pati-
 enter sustinuit. et confiden-
 ter euasit. **II. DEEODE. DIE.**

LECT. SCI. EU. SEC. IOHANN.

In illo temp. **D**ixit ihc di-
 scipulis suis. Amen amen di-
 co uobis. nisi granum frumen-
 ti cadens in terram mortuum
 fuerit. ipsum solum manet.
 et reliqua. **OMELIA**

**LECTIONIS. EIUS
DE. BE. AUG. EPI.**

Amen amen dico
 uobis. nisi granum
 frumenti cadens



interram mortuum fuerit. ipsum
solum manet. Si autem mortuum
fuerit. multum fructum affert.
Se autem dicebat. ipsum erat gra-
num mortificandum et multipli-
candum. Mortificandum in fi-
delitate iudaeorum. multipli-
x. candum fide populorum. Jam
uero exhortans ad passionis suae
sectanda uestigia. qui amat in-
quit animam suam. perdet eam.
Quod duobus modis intellegi po-
test; qui amat. perdet. Id est
si amas. perde; Sic ut si uitam
tenere cum xpo. noli timere
mortem pro xpo. Item alio mo-
do. Qui amat animam suam.
perdet eam; Noli amare ne per-
das. Noli amare in hac uita.
ne perdas in aeterna uita. Hoc
aut quod posterius dixi. ma-
gis habere uidetur sensus euan-
x1. gelicus. Sequitur enim.
Et qui odit animam suam in hoc

mundo. in uitam aeternam custo-
dit eam. Ergo quod supra di-
ctum est. qui amat. subintelle-
gitur in hoc mundo. ipse itaq.
perdet. Qui aut odit utiq. in
hoc mundo. in uitam aeterna
ipse custodit eam. Magna
& mira sententia. que admodu
sit hominis in anima sua. Amor
ut pereat. odi uero ne pereat; si ma-
le amaueris. tunc odisti si bene
oderis. te amasti. Felices qui oderunt
custodiendo. ne perdant aman-
do. Sed uide ne tibi subrepat
ut te ipsum uelis interimere.
sic intellegendo quod debes
odisse in hoc mundo animam
xii. tuam. hinc enim quidam ma-
ligni atq. peruersi. et in se me-
ipsis crudeliores et sceleratio-
res homicidae. flammis se do-
nant. a quis praefocant. praeci-
piti o collidunt et pereunt.
Hoc xpc non docuit. Immo & a

diabolo praecipitium suggeren-
ti. redi recto inquit satanas.
scriptum est. non temptabis dñm
dñi tuum. Petro autem dixit
significans qua morte clarifica-
turus esset dñm. Cum esses iuni-
or. cingebas te et ibas quo uole-
bas. cum autem senueris. alter
te cinget. et feret quo tu non uis.
Ubi satis expressit non a se ipso
sed ab alio debere occidi. qui ue-
stigia sequitur Xpi. Cum ergo
causae articulus ueniet ut haec
conditio proponatur. aut fa-
ciendum esse contra dñi praece-
ptum aut ex hac uita emigran-
dum. quorum duorum homo
cogatur alterum eligere. com-
minante mortem persecutore.
Ibi eligat dō dilecto mori. quā
offenso uiuere. Ibi oderit in
hoc mundo animam suam.
ut in uitam aeternam custodi-
at eam. Siquis mihi ministrat.

me sequatur. Quid est me se-
quatur. nisi me imitetur.

Xpc enim pro nobis passus est ait
apostolus petrus. relinquens
nobis exemplum ut sequamur
uestigia eius. Ecce quod dictū:
siquis mihi ministrat me sequat.
quo fructu. qua mercede. quo
praemio. Et ubi ego sum in-
quit. illic et minister meus erit.

Gratis ametur. et operis quo mi-
nistratur illi pretium sit esse
cum illo. Ubi enim bene erit
sine illo. aut quando esse ma-
le poterit cum illo. Audi eui-
dentius. si quis mihi ministra-
uerit honorificabit eum pater
meus. Quo honore. nisi ut sit
cum filio eius. Quod enim supe-
rius ait. ubi ego sum illic et mi-
nister meus erit. hoc intellegit
exposuisse cum dicit. honori-
ficabit eum pater meus. Nam
quem maiorem honorem accipe

re poterit adoptatus. quam ut
sit ubi est unicus. Non aequa-
lis factus diuinitati. sed conso-
ciatus aeternitati. Quid sit
autem ministrare xp̄o. cui
operi merces tanta promittit.
hoc potius debemus inquirere.
Si enim hoc putauerimus esse
xp̄o ministrare ea quae sunt
corpori necessaria praeparare
aut caenanti cibum coquere
uel apponere. uel poculum
dare. potumq. miscere. fece-
runt hoc illi qui potuerunt
eum in corpore habere prae-
sentem. sicut martha et maria
quando et lazarus unus erat
ex recumbentibus. sed eomo-
do etiam iudas perditus xp̄o
ministrauit. Nam et oculos
ipse habebat. et quamuis ex
eis quae mittebantur scelera-
tissime furaretur. per illum
tamen & iam necessaria para-

bantur. Hinc est illud. quod
cum ei diceret dñs. quod facis
fac uelociter. arbitrati sunt
quidam quod cum iusserit pro-
pter diem festum necessaria
praeparare. uel indigentibus
aliquid dare. Nullomodo igi-
tur debuiuscemodi ministris di-
ceret dñs. ubi ego sum illic erit
et minister meus. Et si quis mihi
ministrauerit. honorificabit
eum pater meus. Quo iudam
talia ministrantem. reproba-
tum potius quam honoratum
uidemus. Ut quid ergo alibi
quaerimus quid sit ministrare
xp̄o. et non potius in istis ipsis
uerbis agnoscimus. Cum eni-
dixit si quis mihi ministrat me
sequatur. hoc intellegi uolu-
it ac si diceret. si quis me non
sequitur. non mihi ministrat.
Ministrant ergo inu xp̄o. qui
non sua quaerunt. sed quaerunt

xpi. Hoc est enim me sequatur. ut
 as meas ambulet. non suas. sicut
 alibi scriptum est. Qui se dicit
 in xpo manere. debet sicut ille
 ambulauit. et ipse ambulare.
 Debet etiam si porrigit esurienti
 panem de misericordia facere
 non de iactantia. non aliud ibi
 quaerere quam opus bonum.
 Nesciente sinistra quid faciat de
 xtera. id est ut alienetur inten
 tio cupiditatis ab opere carita
 tis. Qui sic ministrat. xpo mini
 strat. recteque illi dicetur. Cum
 uni ex minimis meis fecistis. mi
 hi fecistis. Nec ea tantum que
 ad misericordiam pertinent cor
 poralem. sed omnia opera bona
 ppter xpm faciens. Tunc enim
 erunt bona. quo finis legis xpc.
 ad iusticiam omni credenti.
 Minister est xpi usque ad illud opus
 magnae caritatis quod est ani
 mam suam pfratrib. ponere.

quia et hoc propter sua mem
 bra dicturus est. cum pro istis
 fecisti. mihi fecisti. De tali quip
 pe opere. etiam se ministrum
 facere et appellare dignatus.
 ubi ait. Sicut filius hominis
 non uenit ministrari. sed mi
 nistrare. et animam suam po
 nere promultis. Hinc ergo est
 unusquisque minister xpi. unde
 est minister et xpc. Sic mini
 strantem xpo honorificabit
 pater eius. honore illo magno
 ut sit cum filio eius. nec unquam
 deficiat felicitas eius. Cum
 ergo auditis frs dnm dicentem.
 ubi ego sum. illic et minister
 meus erit. nolite tantum mo
 do bonos episcopos et clericos
 cogitare. etiam uos promo
 dulo uro ministrare xpo.
 bene uiuendo. elemosinas fa
 ciendo. nomen doctrinamque
 eius quib. potueritis pdicando.

Et unus quisq. etiam pater fami-
lias hoc nomine agnoscat pa-
ternum affectum suae familie
se debere pro xpo. et pro uita
aeterna suos omnes moneat.
doceat. hortetur. corripiat.
impendat beniuolentiam.
exerceat disciplinam. Ita in
domo sua ecclesiasticum et
quodammodo episcopale
implet officium ministrans
xpo. ut in aeternum sit cum
ipso. Nam et illam maximam
passionis ministracionem.
multi ex uro numero ministra-
runt. multi non episcopi. ne-
que clerici. iuuenes et uirgi-
nes. seniores cum iuniorib.
multi coniugati et coniugate
multi patres matresq. familias
ministrantes xpo. etiam ani-
mas suas in eius martyrio posu-
erunt. et honorificante patre
coronas gloriosissimas receperunt.



INAS
S U O P Y.
S C A S O O A
R I A C

ODIE GLORI

osa semper uirgo caelos ascen-
dit. gaudete. quia ut ita fate-
ar ineffabiliter sublimata.
cum xpo regnat in aeternum.
Regina mundi. hodie de terris
et de praesenti saeculo nequa
eripitur. Iterum dico gaude-
te. quia secunda de sua inmar-
cescibili gloria. ad caeli iam
peruenit palatium. Exul-
tate inquam ac gaudete. &
laetetur omnis orbis. quia
hodie nobis omnibus. eius in-
teruenientibus meritis. salus
aucta est. Uobis quoq. dili-
gentibus eam. honor et uir-
tus. una cum reliquis uirgini-
bus sacris. amplior praestatur.